



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies  
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in  
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1657**

P. Nunnius Riberius.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44029**

tatem demum amplexi, &  
breui capti, eadem cum  
P. Emmanuele Iaponicę fo-  
fæ ac suspendij morte affecti  
sunt.

P. Ioannes Bathaeus.

In patria vnā cum germano suo Sacerdote communem hæretici furoris torrentem sensit. Etenim hæretici vtrumque hunc esse Catholicum Sacerdotem certiores reddit, & quidem Ioannem etiam Jesuitam, magnā exultatione prædam nobilem in forum abripiuere, stipibus alligauere, ac vtrumque plumbeis scloporum glandibus traiecere; Catholicis Sacerdotes suos in fidei hæreticis exosæ odium sic tractari gementibus.

Hibernus.  
Pontanae.  
16. Aug.  
1649.

Fides,

Lusitanus.  
in Amboino.  
no.

22. Aug.

1549.

P. Nunnius Riberius.

Diuino vocatu, & magno

L 3 Gon-

Gonsalui Silueriç pro ineunda Societate cum consanguineis gloriose certantis exemplo animum ad Societatem adiecit. Per iter in Amboinum sexcentos circiter, in Amboino verò plus quam duo millia capitum Christo adiunxit; Saracenis odio eapropter in eum accensis adeò ut eam in qua habitabat domum igne circumdarent. At Nunnus illo defunctus periculo, mari postea ferè ad naufragium, usque iactatus est, cùm seminudus à fluctibus in scopulos ageretur, allidereturque capite atque corpore toto lacer. Ita reptabat per triduum, cùm se haud posset erigere totus attritus. Sæpè ut pauperes tegeret, vestes suas exuebat. Saraceni ei qui

Nun-

Vocatio.

Fides.

Nunnium trucidaret pro sce-  
leris pretio præmium præsti-  
tuere . In festo Assumptæ <sup>B.V.</sup>  
Dei Matris, cùm in eiusdem  
æde sacra , quam ipse erexe-  
rat , diuinum sacrificium ce-  
lebraret , singulari exulta-  
tione redundans cecinit ;  
*Gloria in excelsis Deo* ; ta-  
met si sacrum illud legeret ,  
non cantaret . Et eodem  
die se se in eius venas la-  
tiùs fudit venenum , illi à  
fidei hōstibus iam antea pro-  
pinatum , quo demum con-  
tabuit . Verùm licet con- <sup>Zelus</sup>  
cursare , pro more , iam non  
posset viribus fractus , & mor-  
ti propè admotus , in lin-  
teo circumferebatur etiam  
extremo vitæ die concio-  
nabundus ; ac singulis attem-  
petatè pia monita suggere-  
bat .

L 4 P.Pe-